

Sermo

Spiritus aialis administrare sensus et motus. quare si nervi sensibiles motu fuerint omni p̄cessi. vel ex toto sunt opilati membrum efficitur immobile et insensibile. si vero nō plena fuerit opilatō nō erit in membro transitus illius spūs perfecta denegatio generatur tremor in membro non p̄fecte ad huc paralytico. et hic tremor accidit ex malicia membrorum inferi deprimēcium superius erigentium. Dū em̄ hec erigit illa dep̄mit. ex bello tremor accidit. maxime autē paralyticus habet fieri ex sup̄fluitate ciborum et potum ex quibus fit sup̄flua generatio humorum nervos opilantium. Verū paralyticus istius hominis de quo in euāgelio sermo fit nō est p̄ticularis vt tantū vnum membrū invaderet. sed erat vniuersalis eo q̄ recte mediam p̄tem corporis occuparet. et q̄ talis paralyticus que est vniuersalis est valde ad curandū difficilis. ita vt i se nō vix curari possit. iō magna virtus saluatoris apparuit. dū ei peccata dimisit. et ip̄m vltimus a morbo corporis solo verbo curauit. Et q̄ plus est aīa q̄ corpus substantia. et p̄sequens est peior morbus mētis q̄ corporis. prius eū deus a culpa sanauit. cum ait. Remittunt tibi peccata tua Sc̄do cum a morbo corporis liberauit cū postea dixit Surge tolle lectum tuū etc. In quo medicis dat exemplum. dum aliquē aggrediunt infirmum vt prius eum inducat ad penitentiā mentis. deinde accedant ad curationē corporis Quia dum p̄ culpa a deo morbus sepius infligitur. frustra contra morbum oīs medici labor impendit nisi prius causa morbi p̄supremū medicū abscondatur. In vbo ergo p̄missio dñs duo facit. Primo em̄ egrotantis aniam erigit ne desperet. Secundo ei absolutiōis beneficiū impendit. dum peccatū indulget. Primo ponit dī confortatio. et a desperādo erecto tanq̄ p̄grua dispositio. cum addit. Confide fili Sc̄do subdit culpe dimissio. et oīs morbi curatio. cum addit. Remittunt tibi pec-

cata tua. Nam p̄primū fit reparatio potentie cognitive. Sap. iij. Qui p̄fidit in illū intelligent veritatem Sed p̄ sc̄m sitre / stitutio potentie effective Luce. vij. Remittunt ei peccata multa q. d. m. **S**ed notandū q̄ supra dñca. xij. dictum est quōsdam p̄fidunt in sua potētia. quidam in sua sapientia quidā in sancta vita. Nūc igit̄ illis est addendū Primo q̄ illi qui p̄fidunt in sua potentia innituntur baculo arūdineo. Sc̄do qui p̄fidunt in sua sapientia innituntur ductori ceco. Tercio q̄ confidunt in sua vita innituntur picture. et ydolo. Dico primo q̄ qui cōfidunt in sua potentia innituntur baculo vano et p̄cauo cui si innix⁹ fuerit homo cadet necessario Nōne stultus esset qui vmbra suā in flumine videns de ei⁹ soliditate confidens. sup̄ eam ascenderet. ab ea posse sustineri se credens. Talis est oīs mūdāna potētia. que cum se ip̄am adiuuare non possit oīs in se p̄fidentes deicit et allicit. vñs in figura dictum est Ezechie. iij. Regū. xvij. Que est ista fiducia tua qua niteris i quo p̄fidis vt audeas rebellare. An speras in baculo arūdineo et p̄fracto egip̄to. baculus em̄ arūdineus quous exteriorius videatur solidus. interiorius tamē oīno est vacuus. et ad pondus sustinendū inept⁹ quare qui ei innititur ambulās sup̄ ripam cum incedit cū fiducia subito ruit ad ima. Et talis est oīs humana potentia. q̄ cū in se nullo modo sit solida. nulli potest eē standi fiducia Unde dicit̄ i psal. Nolite confidere i principibus etc. **S**ecundo q̄ p̄fidit in sua sapientia innititur ductori ceco. sensus enim hominis cecus est nec viam qua eūdem est videt. nisi lux summa eū illuminet. Videmus em̄ q̄ nihil oculi carnis videt. nisi eum solaris lux adiuvet. quō ergo lux interior aliquid videre poterit. si a summa luce adiuta nō fuerit. et propterea dicit̄ Mich. vij. Nolite confidere in duce ceco. quis em̄ est dux noster nisi sensus noster. Sed q̄ ei innix⁹ fuerit in-

hic medicus dicitur